vestium vestimentorum pecorum pecudum equitum ac totius suppellectilis domesticae nunc habitorum et in posterum habendorum dat donat dotalitiat inscribit et reformat. Quam quidem medietatem omnium et singulorum bonorum suorum eadem consors sua cum omni eorundem bonorum iure dominio et proprietate omnibusque et singulis utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis quarumvis universis nihil excipiendo tenebit habebit et possidebit illisque pacifice et quiete utifruetur more ac iure aliarum reformationum hactenus et diutius in Regno observari solitarum. Praeterea memoratus regnans Nobilis Wasko Czerniecki Nobili Georgio Rudnicki fratri germano praedictae consortis suae vel cuiuis amico eiusque consortis dat et concedit plenariam facultatem omnimodamque potestatem inscriptionem praesentem reformationem ex his actis Castrensibus autentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerint transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit acsi per ipsummet regnantem transportaretur. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Iidem coniuges advitalitatem mutuam sibi inscribunt

Comparentes personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobiles Wasko Czerniecki ab una et Marachna filia olim Nobilis Stanislai Rudnicki ex Nobili Anna de Unihow procreata coniuges legitimi ab altera partibus et praesertim ipsa coniunx cum eiusdem sui mariti uti tutoris coniugalis assistentia et ultroneo ad inscribendum regnandum consensu sani mentibus et corporibus existentes a Terrestribus districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huicque autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quarumvis omnibus totaliter et plenarie incorporando et subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet ipsorum seorsim sua pro interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri bonorum suorum quarumvis omnium haereditariorum obligatoriorum mobilium et immobilium summarumque pecuniarum auri argenti clenodiorum unionum vestium vestimentorum pecorum pecudum equitumque ac totius suppellectilis domesticae nunc habitorum et in posterum habendorum mutuam advitalitatem et usumfructum ad extrema vitae suae tempora inscribunt et concedunt tali vero modo. Quod si prius

praedictum

praedictum Nobilem Wasko Czerniecki maritum quam memoratam Marachnam coniugem mori contigerit extunc ipsa consors sua bona praedicta quarumvis omnia summasque pecuniarias ac res suprascriptas morte mariti sui derelictas cum omni eorundem iure dominio et proprietate omnibusque et singulis utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis quarumvis universis nullis exceptis obtinebit et possidebit illisque utifruetur ad extrema vitae suae tempora post mortem vero illius bona quarumvis omnia suprascripta specificata morte praedicti mariti derelicta ad successores eiusdem Nobilis Wasko Czerniecki mariti sui sine quovis impedimento et contradictione dictae consortis suae successorum totaliter et pleno iure devolventur. Similiter etiam si prius suprascriptam Nobilem Marachnam de Unichow consortem quam ipsum Nobilem Wasko Czerniecki maritum de hac luce decedere contigerit extunc idem Czerniecki maritus bona quarumvis omnia haereditaria et obligatoria mobilia et immobilia summasque pecuniarias ac res suprascriptas morte eiusdem consortis suae derelictas cum omni iure dominio et proprietate omnibusque et singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis quarumvis universis nihil excipiendo obtinebit et possidebit illisque utifruetur ad extrema vitae suae tempora. Post decessum autem eiusdem mariti sui bona supra expressa omnia ad successores eiusdem consortis suae sine quovis impedimento et contradictione praedicti mariti sui successorum totaliter et plenarie devolvi debent. Caeterum memoratae partes regnantes utraeque coniunx quidem marito suo suprainscripto maritus vero Nobili Georgio Rudnicki fratri germano eiusdem consortis suae vel cuivis illius consanguineo amico dant et concedunt plenariam facultatem omnimodamque potestatem inscriptionem praesentem advitalitatem ex his actis Castrensibus autentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerint transferendi et transportandi suo et alterius partis nomine quae tanti valebit acsi per partes utrasque transportaretur. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Czerniecka successoribus Kaszowski cedit

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Marachna filia olim Nobilis Stanislai Rudnicki cum Nobili Anna de Unichow Berezanska progenita bonorum morte praedicti olim parentis sui derelictorum erga alios

Consuccessor[um] suo pro interesse successor[um] legitimo Nobilis vero Wasko Czemiecki con-
sors legitima cum eiusdem sui mariti d[omi]ni tutoris Coniugalis assistentia et Ultroneo
ad infrascripta regnanda Consensu sana mente et corpore existens a Terminis districtibus
iuribus iuris dominibusq[ue] suis quibuscunque propriis et competentibus recedendo huic autem
iuri domini Castrensi Praemisliensi quoad actum praesentem attinet se cum
successoribus bonisq[ue] suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando et subii-
ciendo palam libere publice ac expressum recognovit Quia ipsa eliberando No-
biles Annam de Unikow Berezanska matrem et Georgium Rudnicki fratrem
germanum suos ab onere inscriptionis Terrestris Praemisliensis ratione statuitionis sui
ad infrascripta regnando in personam Generosi olim Stanislai Kaszowski Venatoris
Terrae Praemisliensis et eius posterorum facta de omni et integro iure suo ratione
de inscriptione cum actibus quibuscunque Regni autenticis per Nobilem olim Wasko Ru-
dnicki avum sui regnantis praedicto olim parenti suo modo obligationis super summam mille
florenorum polonicorum in certa sorte bonorum villae Bratkowce facta et recognita de prae-
missis ablatione praefatum vero olim parentem regnantis in se regnantem quantum pro
suo tantum interesse et non ultra spectat iure divino et naturali succedendo devolutum
Tum de summa ipsa quantum ad suum interesse ex eadem summa totali mille florenorum
polonicorum pertinet bonisq[ue] summae ad interesse suum serviendo correspondente et
per ... quae praefatus olim Generosus Venator Terrae Praemisliensis a Nobilibus
olim Georgio Iwano et Andrea superstite Rudnickie fratribus germanis parentis
vero sui regnantis modo donationis seu alio quovis acquisiverat et omnibus praeloquendis
summae praedictis in se assumpserat. Cum omni praemissorum iure dominio et propri-
etate Cumq[ue] omnibus et singulis inscriptionibus praedictis conditionibusq[ue] punctis clau-
sulis articulis ligamentisq[ue] et nexibus summae praefatae et bonorum summa eadem et in-
scriptione oneratorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis ob-
ventionibus attinentiisq[ue] et pertinentiis quibusvis universis nullis penitus exceptis nihil
ex praemissis omnibus iuris dominii et proprietatis aut cuiusvis competentiae et prae-
rogativae pro se suisq[ue] successoribus aut alio quopiam reservando et excipiendo verum prae-
missa omnia sibi regnanti serviebant ac se concernebant. Iam exnunc et de facto
in personas omnium praedicti olim Generosi Stanislai Kaszowski Venatoris Ter-
rae Praemisliensis successorum cedit et condescendit omneq[ue] et integrum ius suum
praemissorum omnium in personam eiusdem cessionarii ipsorumq[ue] posterorum

totaliter

totaliter et plenarie transfudit transtulit et incorporavit prout praesenti transfundit trans-
fert et incorporat praesentibus perpetuo. Per coseq[ue] Generosos successores praefati Generosi
Kaszowski hoc eiusq[ue] intercessum praemissorum omnium cum universis beneficiis
et praerogativis tenendi habendi possidendi illisq[ue] pacifice et quiete utifru-
endi ac ad usus praesentium successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter
convertendi perpetuis temporibus. Atq[ue] vigore praefati iuris originalis sibi tradendi
praemissa serviendi ea omnia latius in se complectendo et praesentibus inscriptionibus ces-
sionariis et condescensionis. Praeterea memorata regnans Nobilis Marianna
Czemiecka cuius successorum eiusq[ue] olim Venatoris Terrae Praemisliensis ad Acta
quaevis authentica Regni dat et concedit plenariam facultatem omnimodamq[ue] potesta-
tem inscriptionem praesentem cessionariam quandocunq[ue] voluerit suo et aliorum nomine
transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit acsi ipsamet reco-
gnoscendo transportaret. Velsi submissio praedicta ratione statuitionis sui mo-
do praemisso facta non de iure cessionario sed quietatione indigeat exnunc de prae-
missis omnibus praedictos omnes Generosi olim Stanislai Kaszewski Venatoris Ter-
rae Praemisliensis successores tam ratione de inscriptione originali obligationis quam
summa in ea contenta tum et successores omnes praedicti olim Nobilis Wasko Ru-
dnicki Avi sui quietat emittit liberosq[ue] et absolutos facit praesentibus perpetuo.
Inscriptionem praedictam in toto cassat mortificat et annihilat aeternis temporibus
praesenti sua inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Consors Comitis de Homonna Possessionem Terrae Praemisliensi cedit.

Comparens personaliter coram officio actisq[ue] praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemisliensis
Generosa Agnes filia Generosi olim Hieronimi Piszarski de Desno olim
vero Magci Gaspari Comitis de Homonna in Ungaria consors relicta vidua
sana mente et corpore existens a Terminis districtibusq[ue] iuribus iurisdominibusq[ue] suis
quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem iurisdomini castrensi Prae-
misliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisq[ue] suis quibusvis
omnibus totaliter et plenarie incorporando et subiiciendo palam libere publice ac per
expressum recognovit. Quia ipsa de omnibus quibusvis et singulis specialiter
iuribus et inscriptionibus modo iure praetensione ac competentia quavis sibi reco-